impedimento juridico quarumvis personar[um] per [con]tra alios ob inscripti-
ones T[er]res tueri defendere evincere et solus per se et per submis-
sas personas non jmpediare sub damnis T[er]restribus et coram off[ici]o Stud[iensi]
succumbens in primo eiusdem termino perempta ratione omnibus juris
remedijs et defensionibus etiam de jure concessibilibus et [con]tra suos successores
abrenunciando.

## Poplawy Bransk Demissio

Coram off[ici]o et actis praesentibus p[ersonali]t[e]r comparens Nobilis Abraham olim
Laurentij Kierstanowski sanus mente et corpore existens palam ac libere
recognovit Quia Nobili Gregorio olim Joannis Lechowic Poplawski
et ipsius posteris obligationem suam terrae jmmobilis in bonis opp[i]-
di Bransk consisten[tem] sibi recognoscendi per Famatum Stephanum
Chorzhowski Consulem Bransen[sem] coram actis Civilibus
Bransen[sibus] feria Quarta in vigilia Festi Sanctorum Petri et Pau-
li Apostolorum Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo quin-
to jam transacto in octodecem flor[enis] pol[onicalibus] jnscriptam cum omni-
moda potestate eiusmodi jnscriptionis sua ac parata introm[issione]
possessione mitione evictione et omnibus ligamentis in originali
jnscriptione contentis accepta sua sufficienti satisfactione demisit
omneque et integrum jus suum sibi [com]petens in persona
nam ipsius et eius successorum plenarie transfudit jabowna illi et
perent cum persona stat accept[a]ndam admittendo.

## Truskolas Donatio

Comparens p[ersonali]t[e]r coram off[ici]o et actis praesentibus Nobilis Martinus filius
Andreae Ojdkowski haereditarie sanus mente et corpore existens palam ac
libere recognovit Quia Nobili Alberto filio Alberti Mrozik Tru-
skolesky et ipsius posteris totam et integram sortem suam in bonis
Truskolas Lachy sitam super se post olim Nobilem Lambertum Trusko-
lesky avum ex linea legitime concernens in duabus tantum campis
cum agris pratis silvis rubetis et omnibus utilitatibus ac attinentijs
nullis sibi exceptis perpetuis temporibus dedit donavit et in-
scripsit Cui jam ex nunc intromisit realem cum omnimoda pos-
sessione per eundem et Nobiles duos acceptandam [et] admitti
submittendo et eam bonis hujusmodi de omnibus bonis memoratum
donatarium et eius posteros occasione omissorum ab omni
impedimento juridico quarumvis personarum per [con]tra alias ob in-
scriptiones T[er]res tueri defendere evincere et solus per se
et per submissas personas non jmpediare sub damnis T[er]restribus
simpliciter taxatis Et coram off[ici]o praesenti in primo citationis termino
perempta ratione ac satisfactione omnibus contrarijs exce-
ptionibus allegationibus evasionibus dilationibus appel-
lationibus ac rerum prorogationibus alijsque in universo juris
remedijs et defensis [con]tra suos success[ores] abrenunciando.